quia quicquid per eum. uel de te gestum est. diuine promissi
onis consilio ante tempora secularia disposita sunt. Species
eius ut libani. Ut libanus celsitudine et gratia arborum alios
montes. sic et dominus noster Iesus Christus. omnes sanctos meritorum
celsitudine et gratia ~~meritum~~ uirtutum antecellit. Electus
ut cedri. Sicut cedrus alias arbores que in libano nas
cuntur. superat dignitate sua. ita Christus omnes qui in ecclesia
nascuntur ad uitam. sua transcendit gratia. Guttur illius
suauissimum. In gutture. intima dulcedo uerborum illius me
moratur. quia qui sapit non esurit. Et totus desiderabilis.
quid amplius queris. totus desiderabilis. quia totus deus. totus
homo. in quem angeli desiderant prospicere. deus in maiestate
patris. homo in utero matris. in illa creator. in hac saluator.
Talis est dilectus meus. et iste est amicus meus. filie ierusalem. Quanto
deuotius quisque diligit dominum. tanto familiarius habet amicum dominum.
et talem necesse est. ut intelligas eum si uis habere amicum.
Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum? Pre
decore enim carminis. uariantur persone loquentis. Sed enim
Christi ecclesia que sponse uocabulo exprimitur. designatur pul
cherrima mulierum. Pulchre sunt singule sanctorum ecclesie. sed
pulcherrima uniuersitatis totius ecclesie per totum orbem. Quo
declinauit dilectus tuus et queremus eum tecum? Quia aliquando
in terra corporali specie uersatus est. Dic quo declinauit ille
vi. ut illum sequar tecum. Dilectus meus descendit in ortum
suum. ad areolam aromatis. Quasi dixisset illuc ascendit
unde descendit. in ortum. id est in ecclesiam suam. ut eam fonte